





*22* EXCERTATIO IVRIDICA  
QVAESTIONEM  
*1774.47.58.*  
*14*  
**VTRVM FOEMINA GERADAM**  
**A MARITO OPPIGNORATAM**  
**CONSTANTE MATRIMONIO**  
**VINDICARE POSSIT**  
**CONTINENS.**  
*Q. 275*

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE

**D. FRID. GOTTLIEB ZOLERO**

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTISBVRG. CAPITVL.  
CURIAE IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.  
IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE  
DECEMVIRO

DIE XIX. OCTOBER CICOCCLXIII.

PVBLINE DEFENDET

**CHRISTIANVS GODOREDV<sup>S</sup> ADLER**

NARIS C.


---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



EX LIBRIS  
M. A. VON  
DABERG  
ATVAM FOMINA GERADAM  
A MARIO OFICINICRATAM  
CONSTANTE MARTINICO  
ANDICARE FECIT  
CORTIZ  
1614  
CHRISTIANUS DORFLAS  
D. THIN GOTTHILF SEPPHO  
CHRISTIANUS DORFLAS  
1614





§. I.

**D**iuersa esse bona, quae vxori coimpentunt,  
illi qui prima iuris principia callet,  
non ignota esse possunt. **Q**uis  
enim ignorat, bona i) esse dofa-  
lia quae marito ad onera matri-  
monii sustinenda dantur, quam ob rem ipsi admini-  
stratio liberrima pariter et vslusfructus competit. 2 )

1011

A 2

Para-

—

Paraphernalia, quae vxor praeter dotem infert marito, horum dominium penitus iure Romano retinet vxor, nec marito nisi consentiat, competit administratio. Ait enim Imperator Theodos. et Valentin. L. 8. Cod. de Paet. conuent. Hac lege decernimus, ut vir in his rebus, quae extra dotem mulier habet, quae Graeci parapherna dicunt, nullam uxore prohibente habeat communionem. Hac ex causa nec percipiebat vsumfructum, sed potius rationes administratio- nis gestae reddebat. Testem huius rei habes Scaeuo- lani L. 95. pr. ff. ad leg. Fakid. Maritus res uxoris ex- tra dotem constitutas, administrat: eaque decedens ante rationem sibi redditam administrationis, ex ase eundem maritum heredem reliquit, eiusque fidei com- misit, ut decem uncias filio communi, cum moreretur, restitueret, duas autem uncias nepoti. Quae situm est, an id quoque quod ex administratione reum, apud maritum resedisset, constiterit, cum caeteris bonis pro rata de- cem unciarum filio restitui debeat? Respondit id, quod debuisset hereditati, in rationem venire debere conf, L. vlt. C. de Paet. Conuent. 3) Bona receptitia quae ger- manice vocantur Spill Geldere, quod vocabulum a fuso von der Spindell oder Spielle instrumento mulie- bri originem trahere censem multi, ast negare non possum, placere mihi opinionem Gellii Noct. Attic. L. 17. c. 6. qui natalia tribuit verbo recipere, quod susti- net

net significationem eandem, quam locutiones excipere, retinere, sibi reseruare. Quod eo maiorem promeretur applausum, cum naturae rei conueniat, omnia enim haec bona suae dispositioni retinet vxor. in his ab administratione pariter quam usufructu exclusum scimus maritum, quippe proprietatem et administrationem excluso eo sibi vidicat vxor.

### §. II.

Iure Germanico causam esse mutatam, et partim dominium ciuile, partim usumfructum pro diuinitate bonorum competere marito Leyserus et aliis viris eruditi satis prolixo demonstrarunt. Quare cum de his iam satis actum, superfluum videtur eadem repetere. Potius ad id deveniamus, cuius causa hanc exercitationem conscripsimus. Obuenit nempe quaestio, utrum vxor bona geradica, quae maritus oppignorauit, viuente eo a creditore iure vindicare possit.

### §. III.

Bluersum hac de re ferre solent Doctores iudicium quod non miramur. Opinionibus enim regitur mundus, et studium, nouitatis quod omnibus

A 3

ferme

ferme disciplinis est commune, nec abhorret ICtus,  
 praesertim cum teste *Iaualeno L. 202. ff. de Reg. Iur.*  
*Omnis definitio in iure sit periculosa, parum est enim*  
*ut non subverti possit:* Videamus hanc ob rem, quae  
 decisio assensum mereatur. Negant alii quod vxori actio  
 contra creditorem competit, cui maritus res geradicas  
 oppignorauit et tradidit. Probationis loco, argu-  
 mento vtuntur; omnia nempe bona quae vxor mari-  
 to praeter dictem infert, esse paraphernalia et eorum  
 qualitatem consequi. Cui sententiae adscitit *Carpz.*  
*P. I. C. El. XXIX. def. 89. et 90. et quidem ex ra-*  
 tione iuri ex omni parte conueniente. Bona enim  
 dotalia pariter et receptitia praesupponunt paclum, ex  
 quo eorum diiudicamus notionem, hoc cum in facto  
 consistat non admittit praeumptionem, sed potius de-  
 siderat probationem, iuxta notissimam regulam iuris:  
 Ea quae sunt iuris praesumuntur, quae vero a facto  
 dependent, probationem requirunt. Geradam ve-  
 ro ad bona vxoris paraphernalia esse referendam ex  
 eo potissimum apparet, quod vxor eandem vendere  
 inuito marito, et eundem ab vsu harum re-  
 rum excludere nequeat, sed potius ipsi ius vindican-  
 di a possessoribus competit. *conf. Illust. Hom.*  
*Obseru. 403.* Confirmare hanc sententiam vi-  
 detur, *Ius Saxon. Prouinc. lib. I, art.*  
*45. verbis: Kein Weib mag auch ihres Guchs*  
*nichts*

nichts vergeben ohne ihres Mannes Willen dass er es durchs Recht leiden darf.

### §. IV.

Aliud probandi caput suppeditat *Ius. Prou. Saxon. Lib. I. art. 31.* Wenn ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie in sein Gewehr und alles ihr Gut zu rechter Vormundschaft. Solent equidem nonnulli interpres vocabulum Germanicum *Vormundschaft*, de sola administratione, quam in regula tutela prae-stat, intelligere, et maritum ab vsumfructu excludere, sed illud minus recte fieri est notioni vocabuli haud esse congruum, non solum Glossa, sed et alia loca speculi Saxonici probe demonstrant. *Relegas.*  
*lib. I. art. II.* Helt ein Vater seine Kinder in Vormundschaft; nach ihrer Mutter Tode wenn sie darnach von ihm scheiden er soll ihen geben, und lassen alles ihrer Mutter Gut. In hoc textu pater tutor liberorum dicitur, de quo tamen constat, quod et vsumfructum bonorum aduentiorum vi patriae potestatis ex legis dispositione exerceat. Quod si itaque Gera da speciem bonorum vxoris efficiat, omnium vero bonorum nisi lege speciali vel pacto aut consuetudine aliud introductum, vsumfructum ex loco speculi Saxonici competit marito, idem quoque obtinere

circum

—————

circa bona geradica eademque iura competere marito, nemo in dubium vocabit. Hanc ob causam cum administratio bonorum paraphernalium iure Germanico competit marito, ita ut vxor in prae*judicium* mariti disponere penitus nequeat, multo minus facta eius per administrationem eius suscep*ta* impugnare queat, omni exceptione maius videtur assertum, vxori non licere res geradic*as*, a marito creditor*i* oppignoratas, constante marito, vindicare, et tali ratione factum impugnare, quod maritus vi administrationis, quam leges probant, suscep*pit*, impugnare.

§. V.

Sed quamvis ea quae ad confirmandam sententiā proferre solent, sp̄ciem veritatis habere videantur, non tamen id efficiunt, ne in contrarius abirem partes, potissimum cum notio rerum Geradicarum mihi subsidium praestet. Licet enim nonnulli vti Petrus Heigius P. I. L. 8. n. 28. Werner in Difser. de Hergewetta cap. I. Sect. I. in Append. Struu. in tract. de Success. p. 479. et 480. iudicium ferant, Henricum Aucupem ijs Saxonicum auxisse, et in eodem Heergewettam et Geradam introduxisse, idque factum esse eo tempore, quo circa Martisburgum contra

tra Hunnos, victoriā pugna acriori obtinebat, probatione tamen adhuc caret haec opinio, cum alii potiore defendant iure, nil dici posse de tempore et auctore geradicorum bonorum, sed illa per inuetetram et immemorialem consuetudinem penes Saxones inualuisse. Quod eo propius veritati accedit, cum multae res ad Geradum referantur, quarum ratio reddi non potest, nisi forsan credas, ICtos de gerada interrogatos, auctoritate vxroum, quarum agnoscabant imperium, decisionem dedisse, et ita de iure, i. e. von Rechtswegen respondisse.

Ex his vero apparet, geradam non ut alia vxoris bona ex principiis iuris Romani, sed ex moribus esse diiudicandam. Secundum hos vero constat, hoc bonum praecipuum quoddam fuisse, quod foeminis in compensationem rerum expeditoriarum dabatur hunc in finem, ut masculus, ab acquisitione nisi statutum loci aliud disponit, penitus excludatur. Constat etenim generaliter Gerada ex rebus, quae ad usum muliebrem solummodo spectant, et eius conditioni conueniunt.

## §. VI.

Quibus praestructis mallem haec bona referre ad receptiā, quorum dispositio pariter quam administratio

B soli



soli vxori relicta. Bene equidem scio, a doctoribus haec tantum dici receptitia, quae per expressum patrum vxor, cum contraheret matrimonium, sibi reseruauit. Sed rationem, cur receptitia tantummodo per pactum constituantur, penetrare non possum. Vis enim et efficacia horum bonorum in eo consistit, ut maritus nec usumfructum percipiat, nec administrationem exerceat, quod non solum per pactum sed quoque ex lege seu consuetudine contingit, quid igitur quaeso impedit, quo minus duplia constiuaus, receptitia, alia ex pacto, alia ex lege, seu consuetudine prouenientia. Posterius contingit circa Geradam, quae ex moribus soli foeminae propria est, et si masculus eam possideat vel adquirat, talis esse definat. Cum igitur haec substantia ex inueterata consuetudine ad masculos non pertineat, sed illi potius huius sint incapaces, frustra sibi vindicat maritus administrationem, quam leges intuitu bonorum paraphernalium ipsi tribuunt.

### §. VII.

Omnis itaque dispositio bonorum geradicorum dum competit vxori, inuita ea, maritus, nil alienare, vel oppignare potest, potius vxori de iure competit licentia, alinationem pariter quam oppignora tionemin in-

—

iniusto modo factam impugnandi, et dominium, actione rei vindicatoria, contra quemcunque possessorum, qui a marito cum quo contraxit, indemnitatem petit, persequendi. Nec obstant textus Iuris Prouincialis Saxconici, quos §. 3. et 4. citauimus. Vterque locus agit de effectu matrimonii legitime contracti, et probat, quod vxor propter tutelam quae competit marito, eo inuito, de bonis suis, in quibus leges ipsi ius quaesitum circa administrationem et usum fructum concedunt, distrahere nil valeat. Cum autem id tantum dici queat, de bonis dotalibus et paraphernalibus, in quibus natura matrimonii lege assistente marito hunc tribuit effectum, Gerada vero, ut supra demonstrauimus, ex inueterata consuetudine separatan inducat speciem, ad eandem dispositio Iuris Prouincialis neutiquam est trahenda.

### §. VIII.

Confirmat decisionem causae praxis. Cum enim anno 1770. Maria Rosina Hoffmannin contra Iohannam Sophium Seilerin, de hac re coram concilio Academico actionem moueret, et res geradicas ipsa inscia a marito oppinoratas vindicaret, praestito iuramento relato, quo dominium pariter et possessionem nec non oppignorationem ipsa inuita factam,

B 2

asseue-

—

asseuerabat, reus ad restituendas res geradiças, remotis omnibus exceptionibus condemnabatur hac formula: *Dieweil Klägerin den über die bey der Klage verneunten Punkte referirten Haupt-Eyd nebst dem vor Gefahrde fol. 142. geschworen, und dadurch dass die libellirten ihr eigenthümlichen Sachen aus ihren Beschluss und Besitz ihr unwissend und wieder ihren Willen durch ihren Ehemann versetzet worden, dieser aber die darauf erborgten 200. tbl. zu Bezahlung seiner Schulden verweidet, erhellet, die darwieder gemachten Ausflüchte aber als pastus iuris theils in dem Abschiede fol. 54. rechtskräftig übergangen, theils unerheblich seyn, inmitten der Aussteller des Pfand Scheins fol. 102<sup>b</sup> nicht einmahl die daselbst bemerkten Sachen vor sein Eigenthum ausgiebet, allenfalls aber Beklagten an diesen seinen Regress zunehmen frey steket, Klägerin Geständniß fol. 57<sup>b</sup> aber und wenn sie auch nachhero erfahren, dass ihr Ehemann sothane Sachen versetzet, und sie das Interesse davon bezahlet, sie in Ermangelung einer eytlichen Fideiussion keinesweges zur Selbst Schuldnerin macket, noch der Vindication ihrer eigenthümlichen Sachen welche ihr wieder Wissen und Willen aus ihren Beschluss genommen worden, contra terium da allenfalls ein Eheweib während des Ehestandes ihre mobilia von den Ehemanne wennernicht ad inonpiam vergieret nicht repetieren mag, keinesweges entgegen steket; so wohl letztere*

rens

18

rens delictum und Bestrafung ihr nicht anzurechnen; so ist Beklagter die libellirten fol. 20. sequ. Benannten Sachen Klägerin ohnentgeltlich auszuantworten, so wokl das diesfalls verursachte Unkosten nach Maßgebung der Erl. Pr. O. ad Tit. XXXVI. §. 5. derselben zuerstatten schuldig. Prouocabat equidem reus interposita appellatione ad Curiam Prouincialem supremam Lipsiem, sed re rite perspecta Termino Trinitatis 1773. sequebatur sententia: Dass die eingewandte Appellation in ihren Formalien beständig und zu gebühren der Rechtfertigung anchero erwachsen; Materialien anlangend erscheinet aus denen Aten altenhalben so viel, dass was die andere Beschwerde Brift wohl appellirt, der wegen Appellant die auf diesen Process verwantten Unkosten Appellaten zuerstatten nicht schuldig, sondern es werden solche Billig gegen einander aufgehoben. Im übrigen ist wohl gesprochen und übel appellirt. Confirmatur itaque in meritis prior sententia, reformatoria vero sequebatur intuitu restitutionis expensarum. In priori nempe iudicato reus refundere debbat expensas quoniam Domini sententionantes ad Tit. XXXVI. §. 5. Ord. Rec respiciebant, secundum quem si deferens iuramentum ipsi relatum vna cum iuramento columniae praestat, compensatio expensarum non locum habet, potius aduersa pars ad earum restitucionem tenetur: Ast quoniam animaduertebas, re-



um non versari in temeritate litigandi, sed probabilem  
habere causam litigandi et ex eo quaestionem, vtrum  
expensarum compensatio locum habeat, dependere, in  
mitiorem partem pronunciandum esse putauimus.



1.

18



V  
D  
A8

Lipägi Diss., 1774

ULB Halle  
001 612 190

3



TA→OL





B.I.G.

Black

Farbkarte #13

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Blue

Cyan

Black

Centimetres

Inches

22  
EXCERTATIO IVRIDICA  
QVAESTIONEM

VTRVM FOEMINA GERADAM  
A MARITO OPPIGNORATAM  
CONSTANTE MATRIMONIO  
VINDICARE POSSIT  
CONTINENS.

273  
QVAM  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL.  
CVRIA IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.  
IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE  
DECEMVIRO

DIE XIX. OCTOBER CICCIXXIIII.

PUBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS GODOREDVVS ADLER

NARISC.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

